



194

L. VII 194



210/53

27 - 56

De

Præmaturō ex hac vita
discessu

Ornatisſimi Adoleſcentis

SEVERINI SCHNITTERI,

Optimi Parentis,

Ampliſſimi, Prudentiſſimi, Spectatiſſimiq; Viri,

SEVERINI SCHNITTERI,

Scabini & Senatoris Reip. Gor-

licenſis meritiſſimi,

non degeneris relictī Filii:

Qui annos natus XVI. Cal. Mart.

ANNO

M DC XLVIII.

Muſis, Amicis, Orbi valedicens ex terreſtri

Schola in cæleſtem Academiam præceſſit,

Querelæ & Solatia

Commilitonum.

Typis Gorlicenſibus exſcripſit Martinus Hermannus.

IDN 9045 988

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Defunctus ipse loquitur.

Quid me deploras, mater Carissima? in ulnis
Æterni Jovæ dormio, crede mihi.

Desine: nil profunt gemitus, tristesq; querelæ,
Defunctum juvenem nil revocare potest.

In terris nullam video requiemq;, locumq;:

Idcirco moriens cælica regna peto.

Convocat omnipotens, quos diligit ipse Creator:

Ne videant iræ signa tremenda suæ.

Corpus humo tegitur: cœli mens incolit arcem,

Lumine contemplanis jam propiore Deum.

JOHANNES GEORGIUS KLEINMASIUS;

Löb. Lusatus p. t. Gymnas. Gorl.
alumnus.

O Deus omnipotens tua cur sic æstuat ira?

Cur nobis socium mors rapit atra bonum?

Sed cum sic illi placeat, cui singula parent,

Nostri erit officii: ne refragemur ei.

Accipe pro meritis igitur, SEVERINE beate,

Votum illud parvum, quod tibi fundo gemens:

A 2

Nunc

Nunc tibi cælipotens tribuat: quo lætus in ævum
Cunctis cum Sanctis gaudia vera feras!

Condolens fundebat,

CHRISTIANUS RÜHELIUS,
Schol. Gorl. P. alumnus.

Ad piè defunctum meum Condiscipulum

SEVERINUM SCHNITTERUM.

EHeu! quod nullo radix generaseat in horto,
Quæ diram mortis vim prohibere queat:

Mista senum ac juvenum densantur funera. Sic Tu,

SCHNITTERE, es fato functus, amice, tuo:

Ad solis radios dum ceu rosa splendida flores:

Tu moriens flectis sole cadente caput.

Felix, ô nimium felix, **SCHNITTERE** beate!

Jam tibi ter felix est sine fine quies.

Condolentiæ ergo fundebat

FRIDERICVS SCHMIDIUS,
Seydenberg. Lus. Gorl. Alumnus.

Eheu!

Eheu! quàm subito nostrum Mors funere mergis
SCHNITTERVM, exemplar qui Pietatis erat.
Tollere non alium poteras, & pluribus annis
Tam fido socio parcere, tamq; pio?
Sed statuente Deo SCHNITTERVS lumina vitæ
Clausit, & est fato jussus obire diem.
Discite vos juvenes, valeat quod spicula mortis
Non flos ætatis pellerè, nonq; genus.
Discite, in hâc vitâ tutum nil esse, bonumq;
Vivere quàm DOMINO, quàm DOMINOQVE mori.

Lugens adscripsi

PAVL TEOBALT KLUGIVS,
à Scharfneck, Schol. Gorl.
alumnus.

Ad piè defuncti matrem.

Quid ploras, Mater, Natum, qui lætus Olympo
Incola jam degit glorificatq; Deum?
Et videt æternum non enarrabile Numen:
Aligeris junctus gaudet in axe poli.

THEOPHILVS VECHNERVS,
Scholæ Gorlicensis alumnus.

¶ iii

Stz

Itze itze hat Meropos' das Hertz gar abgesponnen:
Nun ist mein Stundenglaß vom Sand auch aus-
geronnen:

Nun bin gantz sicher ich an dem gewünschtē Ort:
Sottlob nu ruhe ich/und bin aus aller Noth.
Der Leib im Häuselein wird itzund eingeschmeltzet
Vom Speißmeister der Würm/ und in das Grab ge-
welzet:

Des tages Last und Sitz hab ich erduldet hier:
Nun bin ich angethan mit recht himlischer Zier.
Ich blüete wie ein Blum vorgestern auff dem Felde:
Heut kam der Todt und nam mich abe gar behende:
Mit seiner scharffen Sänß kam er vor mich ge-
schwind: (Wind.

Rieß mich von hiñen weg/gleich wie die Sprew der
Drumb mein Mund gantz blaß ist: mein Lichter sind
vergangen/

Verstarret ist das Hertz/ verblasset meine Wangen:
Daß ich Ursach gehabt dich Gott zu ruffen an/
Mich nehmen bald zu dir/ das ich möchte ruhe han.
Nun bin ich gleich gemacht dem gantzē Himels Heere:
Die inmer für Gott stehn und geben ihm die ehre:
Eia! ich bin geflohn aus diesem Threnenthal:
Zum rechten Vater hin in seinen grossen Saal.

Das

Das Unglück dieser Welt hab ich nu außgestanden:
Den Himmel/ als den Lohn/ hab ich in meinē Handē/
Trolt euch ihr Teufel trolt/ bey mir sind ihr kein
Theil/

Wir ist fort beygelegt die Cron/ das rechte Heil.
Gefegne euch Gott nun Fraw Mutter hochgeehret:
Ich kan vergelten nicht/ das was sich wol gebühret:
Derselbe thuts vor mich/ der Luft und Wolcken
regt/ (legt.

Der Land und See gemacht/ der Erdē Grund ge:
Zu tausend guter Nacht/ du Schwester/ un̄ ihr Brü:
der:

Gefegne euch nun Gott/ ich kom̄ zu euch nicht wieder/
Ihr müsset all hernach/ das bild ihr euch fest ein/
An diesen Kein/ in den ich bin geschritten ein.
Gott spare euch gesund/ so viel ihr mich begleitet/
Zu meinem Ruhkammerlein/ nach dieser Cron auch
streitet.

Ade zu guter nacht/ du wilde See der Welt/
Izt fahre ich dahin/ dein thun mir nicht gefelt.

Condolentiæ ergò deproperabam

CHRISTOPHORVS RIEMERVS
Seydenberg.

Epicedium.

Eheu! quid Parca, quidnam tentatis iniqua?
Stamina SCHNITTERI, rumpitis haud merito.
Sed quid deploro, tua funera, chare sodalis,
Qui nostri fueras gloria magna gregis.
Nunc Paradisiacis felix florebis in arvis,
Conjunctus sanctis cætibus alligerum.

JACOBVS IRMBERG, SCHOL.
Gorl. Alumnus.

Maxima spes viduæ, dilecte SCHNITERE, Parentis,
Ut nimium properè Te mala Morta necat.
Dignus eras, immò multis dignissimus annis:
Ut Patriæ fieres, ut Generiq; Decus.
Ast aliter, quàm nos, de Te statuiffe Jehovam
Certum est: dum sedes Te vocat ad superas.
Hic Te de mundi illecebris super æthera vexit:
Et nunc æternâ prosperitate beat.
Ergò Tibi benè sic factum; pietasq; requirit
Gratari vitæ tempora læta novæ.

Sempiternæ memoriæ | ergò
apposui

Johann. Adolphus Lichtnerus,
Scholæ Gorl. alumnus.

Oberlausitzische Bibl. Görlitz



1006923 3



SLUB

Wir führen Wissen.

<http://digital.slub-dresden.de/id448453789/12>



GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK